Somnus & Vigiliæ moderamine certo gaudeant. Ad quietem potiùs inclinet, quàm motum fortiorem. *Animi pathematibus* ſubjecta non ſit. *Excretorum* debitè ſe habeat depoſitio, ne inde mali ſeges propullulet. Pro *præſervatione* porrò ſumatur cochlear i. vel ij ▽ *embryon. cinam. cyd. borag. morſuli confortantes, conf. diamarg.* quàm *Foreſtus* laudat, & alia *analeptica* tàm alimentoſa, quàm medicamentoſa, quæ pro reducendis viribus apta ſunt. Sic ſperamus ægram non ſolùm feliciter curari, ſed & à recidivâ ſtudioſe præſervari poſſe; pro quo beneficio

SUMMUS LAUDETUR ARCHIATER.

SPes erat emiſſo vitales pondere in auras
corpus in antiquum poſſe redire decus.
Aſt repetunt ignes, repetunt per ſæpe dolores,
Ut facibus videas, denuo membra quati.
Tu reparas feſſis magnâ cum laude quietem,
unde Tibi Phœbus præmia opima parat.

Clariſſ. Dn. Doctorando auſpicatiſſimos ſtudiorum honores ac ſucceſſus precor

Georg. Wolffg. Wedelius, D.